

Caesar: Bellum Gallicum 6,23 (Satz 1-5)

1 Civitatibus maxima laus est

quam latissime circum se /vastatis finibus\ solitudines habere.

2 (Hoc proprium virtutis) existimant,

(expulsos agris finitimos cedere),

neque

(quemquam prope audere consistere);

3 simul hoc

(se fore tutiores) arbitrantur

repentinae incursionis /timore sublato\.

4 Cum bellum civitas aut infert aut illatum defendit,

magistratus,

qui ei bello praesint,

et vitae necisque habeant potestatem,

deliguntur.

5 In pace nullus est communis magistratus,

sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt

controversias que minuunt.